BIBLIA LATINA, BD. 2
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh. Seite 69r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



runt eum ad regem babilonis in reb
lacha. que est in terra emath. et locu
tus est ad eum iudicia. Et iugula
uit rex babilonis filios sedechie in
oculis eius. et omnes principes eius
inde occidit in reblata. et oculos sed
chie eruit. et vinxit eum compedibus
Et adduxit eum rex babilonis in
babilonem. et posuit eum in domo
carceris. usque ad diem mortis sue.
In mense autem quinto decima die
mensis ipse est annus nonus deci
mus regis nabuchodonosor babilo
nis. venit nabuchardan princeps
milicie qui stabat coram rege babi
lonis in iherlm. et incendit domum
domini. et domum regis. et omnes
domos iherlm. et totum murum ihe
rlm per circuitum. destruxit cunctus
exercitus chaldeorum qui erat cum
magistro milicie. De pauperibus
autem populi. et de reliquo uulgo quod
remanserat in ciuitate. et de profugis
qui transfugerant ad regem ba
bilonis. et ceteros de multitudine
transtulit nabuzardan princeps
milicie. De pauperibus uero terre
reliquit nabuzardan princeps
milicie. vinitores. et agricolas. Co
lumpnas ereas. que erant in do
mo domini. et bases. et mare ereum
quod erat in domo domini. confre
gerunt chaldei. et tulerunt omne
es eorum in babilonem. et lebetas.
et creagras. et psalteria. et phyalas
et mortariola. et omnia uasa erea.
que in ministerio fuerunt. tulerunt

et ydrias. et thymiamata. et urceos
pelues. et candelabra. et cyathos quod
quot aurea aurea. et quotquot ar
gentea argentea. Tulit autem magi
ster milicie columpnas duas. et ma
re unum. uiculos. xii. ereos. qui erant
sub basibus quos fecerat rex salomon
in domo domini. unum erat pondus
eris omnium horum uasorum. De co
lumpnis autem. decem et octo cubiti alti
tudinis. erant in columpna una et
funiculus. xii. cubitorum circuibat
eam. Porro grossitudo eius quatuor
digitorum. et intrinsecus caua erat.
et capitella super utramque erea. et alti
tudo capitelli unius quinque cubitorum
et retiacula. et malogranata super coro
nam in circuitu totum erat eneum.
Similiter erat secunda columpna.
et malogranata. et erant super capitel
lum in circuitu omnia erea. similiter
columpne alterius. et fuerunt malogra
nata nonaginta sex dependencia. et
omnia malogranata centum retiacul
circumdabantur. et tulit magister mi
licie. saraiam sacerdotem primum. et
sophoniam sacerdotem secundum. et
tres custodes uestibuli. et de ciuitate
tulit eunuchum unum qui erat preposit
sr [illegible] uiros bellatores
et septem uiros. de hiis qui uidebant
faciem regis. qui inuenti sunt in ci
uitate. et scribam principem popu
li. et militum qui probabat tyrones
et sexaginta uiros de populo terre. qui
inuenti sunt in medio ciuitatis
Tulit autem eos nabuzardan princeps